



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

clii. Ad clauos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ad formicationem.*

**S**OVENT formicatione laborare accipitres, cū eminet ex corpore callosum quiddam orbiculatum, latam sedē habens, cuius compunctio sentitur similis morsui formicæ. Ita curari conuenit. Caprifici radix recens contundenda, eiusque succus in formicatione exprimendus, & sanitatem recipiet. Vel cedrium cum acerrimo aceto misceatur & illinatur. Alij verrucariæ herbæ, & rutæ viridis, singulos manipulos, in pila contundunt, hisque affectum locum oblinunt.

*Ad clavos.*

**T**ESTUDINIS sanguinis cum acerrimo aceto mistus clavis illinatur.

*Ad pedum dolorem.*

**V**IT homo, ita accipiter pedibus labore solet, destillatione quadam ex loco superiore in locum inferiorem delabente. morbi causa proficiscitur ex noxiis humoribus. hoc medicamento curandus est, quod habet acaciæ stactæ binas sextulas, ammoniaci thymiamatis scrupulos duos, aloë indicæ, bulbi scyllacei, glutinis fabrilis, thuris masculi, ellebori Cretensis, singulorum scrupulum, olei acerrimi quantum

O